

dēbellare. uerb. tr. ETYM de, bellare. DLAT debellator. [FREQ media 186^{indicia} 14 / d.c.m. 29-19 VERG] uocabulum scriptis technicis rarum, quod melius litterariis inuenias, ali-quantulum uersu magisque in prosa, scriptis narrando argumentando aptis, usibus praecipue mediis doctisque; a saec. I aec. dimidiato inuenitur, fere eo tempore quo deriuatum suum debellator apparet.

| VARIATIO | | indicia | p ^{d.c.m. subc.} |
|-------------|--------------|---------|---------------------------|
| OPERUM | argumentalis | 47 | 0,4 |
| | exponens | 15 | 5,5 |
| | lyrica | 1 | 4,4 |
| | narratiua | 123 | 24 |
| DIACHRONICA | I aec. | 58 | 22 |
| | I-II ec. | 55 | 14 |
| | III-V ec. | 73 | 11 |
| DIAPHASICA | docta | 21 | 10 |
| | media | 164 | 15 |
| | quotidiana | 1 | 2,3 |
| DIASTRATICA | litteraria | 173 | 15 |
| | technica | 13 | 5,1 |
| MODUS | prosa | 170 | 14 |
| | uersu | 16 | 8,9 |

¶ cuius uis ut ex aliquo tempore belli faciendi facultatem tollas, auellas uel excludas describi potest; et absolute apparet, ut bello finem imponere uel uictoriam adipisci, qui usus primus fuit; et cum acc., ut uincere uel profligare, qui usus ab saec. II ec. solus exstitit - quitar, arrebatar o excluir la posibilidad de hacer la guerra a partir de un momento dado, poner fin a la guerra'y, por tanto, 'encer u obtener la victoria' en usos intransitivos, que debieron ser los primeros en aparecer; o como vencer o derrotar, cuando es transitivo, que fue el único utilizado a partir del s. II ec.

itaque finem bello imponere uel uictoriam adipisci - por tanto, poner fin a la guerra venciendo al enemigo o conseguir la victoria [HYPER uincere DOM primo impetu uno proelio] 29-9 LIV 22.34.7. consules ... , cum debellare possent, bellum traxisse. 98 TAC Agr 26.5. nisi paludes et siluae fugientis texissent, debellatum illa uictoria foret.

item per sensus amplificationem ut uincere uel subicere, praecipue armis - mediante una ampliación significativa, vencer o someter, habitualmente por las armas [DOM gens, parere, Iudaei] 29-19 VERG Aen 6.853. tu regere imperio populos, Romane, memento ..., parcere subiectis et debellare superbos. 50 CURT 3.5.6. Per uastas solitudines, etiam si nemo insequi uelit, euntes fame atque inopia debellari posse. 382 HIER Mach I 3.14. debellabo Iudam et eos qui cum ipso sunt qui spernebant uerbum regis.

loc. adu. **debellato.** hoste profligato uel post uictoriam - vencido el enemigo o tras la victoria 29-9 LIV 26.21.4. quem tradere exercitum successori iussissent -quod nisi manente in prouincia bello non decerneretur- eum quasi debellato triumphare.